Bb. 4. 23

HENRICI WILHELMI LUDOLFI
GRAMMATICA RUSSICA

QUÆ CONTINET

Non tantum præcipua fundamenta

RUSSICÆ LINGUÆ,

Verum etiam

Manuductionem quandam


AD

GRAMMATICAM SLAVONICAM.


Additi ſunt in forma dialogorum modi loquendi communiores, Germanice æque ac Latine explicati, in gratiam eorum qui linguam Latinam ignorant.

Una cum

BREVI VOCABULARIO RERUM NATURALIUM.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, A. D. MDCXCVI.


MVNIFICENTIA
REGIA. 1715
GEORGIVS D.G. MAG. BR. FR. ET HIB. REX F.D.
J.P.
Sc.

438 : 15

ILLUSTRISSIMO atque CELSISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO
BORISIO ALEXEIDI GALLITSEN
S. TZAREÆ MAJESTATIS
Conſiliario Intimo atque inter Ruſſici Imperii Primores Excellentiſſimo.

ILLUSTRISSIME atque CELSISSIME PRINCEPS,

CUM ipſemet ego teſtis oculatus fuerim ſingularis clementiæ & humanitatis Tuæ erga exteros, elementa hæc Ruſſicæ linguæ Celſitudini Tuæ dedicare auſus ſum. Sicuti lingua Latina tibi ipſi viam patefeciſti ad colloquia inſtituenda cum peregrinis, ita ægre Te non laturum ſpero, quod aliis ad converſationem cum Gente Tua manum præbere conatus ſim. Omnipotens hujus mundi Creator diverſis regionibus diverſa bona largiens hoc inten-

 diſſe

diſſe videtnr, ut hujus terrarum orbis incolæ commercia inter ſe inſtituerent, ex admiranda creaturarum diverſitate Potentiam, Sapientiam & Bonitatem Creatoris agnoſcerent, ipſumque exinde eo majori laude & fervidiori cultu venerarentur. Quare non tantum Chriſtiano dignum, ſed & ſummo hujus Univerſi Gubernatori gratum officium præſtas, dum advenas in celeberrimo Imperio Ruſſico Tua apud Tzaream Majeſtatem gratia tueris, ipſiſque opem & protectionem Tuam tanta benignitate concedis. Penſet id Tibi Deus Ter Optimus Maximus, qui in nulla re magis quam in benefaciendo ſibi complacere videtur. Cujus Omnipotenti tutelæ Tuam Celſitudinem debita veneratione commendo. Dabam *Oxonii d.* 8. *Maii.* 1696.

Celſiſſimi Nominis Tui

humillimus Cultor

HEINRICH WILHELM LUDOLF.

Benevole Lector.

E Specimine hoc typorum Slavonicorum, cura Celeberrimæ Academiæ Oxonienſis factorum, cognoſcis, quanta ſollicitudine Viri nonnulli præclari hujates ſtudium exoticarum linguarum promoveant. Illi in eo jam ſunt, ut prœla in famoſo Theatro Sheldoniano *erecta typis Armeniacis conſumment. Novi quidem aliquos, ſuas tantum ſcientias magni facientes, qui ſtudium polyglotticum tanquam ſterile ſpernunt; quanquam forſan eodem tempore turgidi ſint aliqua eruditionis ſpecie vix magis utili ad primarium vitæ humanæ ſcopum, nimirum ut Deo proximoque eo melius ſerviamus, atque actiones noſtras ita dirigamus, quo terreſtrem peregrinationem noſtram tuto & ſuaviter abſolvamus, cœleſtique patriæ indies magis appropinquemus. Sane ſi*

veræ

diſſe videtnr, ut hujus terrarum orbis incolæ commercia inter ſe inſtituerent, ex admiranda creaturarum diverſitate Potentiam, Sapientiam & Bonitatem Creatoris agnoſcerent, ipſumque exinde eo majori laude & fervidiori cultu venerarentur. Quare non tantum Chriſtiano dignum, ſed & ſummo hujus Univerſi Gubernatori gratum officium præſtas, dum advenas in celeberrimo Imperio Ruſſico Tua apud Tzaream Majeſtatem gratia tueris, ipſiſque opem & protectionem Tuam tanta benignitate concedis. Penſet id Tibi Deus Ter Optimus Maximus, qui in nulla re magis quam in benefaciendo ſibi complacere videtur. Cujus Omnipotenti tutelæ Tuam Celſitudinem debita veneratione commendo. Dabam *Oxonii d.* 8. *Maii.* 1696.

Celſiſſimi Nominis Tui

humillimus Cultor

HEINRICH WILHELM LUDOLF.

Benevole Lector.

E Specimine hoc typorum Slavonicorum, cura Celeberrimæ Academiæ Oxonienſis factorum, cognoſcis, quanta ſollicitudine Viri nonnulli præclari hujates ſtudium exoticarum linguarum promoveant. Illi in eo jam ſunt, ut prœla in famoſo Theatro Sheldoniano *erecta typis Armeniacis conſumment. Novi quidem aliquos, ſuas tantum ſcientias magni facientes, qui ſtudium polyglotticum tanquam ſterile ſpernunt; quanquam forſan eodem tempore turgidi ſint aliqua eruditionis ſpecie vix magis utili ad primarium vitæ humanæ ſcopum, nimirum ut Deo proximoque eo melius ſerviamus, atque actiones noſtras ita dirigamus, quo terreſtrem peregrinationem noſtram tuto & ſuaviter abſolvamus, cœleſtique patriæ indies magis appropinquemus. Sane ſi*

veræ

veræ ſapientiæ, cujus timor Domini initium eſt, eam quam debemus operam impenderemus, nullum ſtudium noſtrum ſterile foret, ſed jucundiſſimos fructus Chriſtiano dignos prolaturum eſſet. Interim æſtimationem conciliare deberet linguarum cognitioni, quod illam inter Chariſmata Spiritus Sancti referat ſacra pagina. Si hominis dignitas præ reliquis creaturis inde quoque eluceſcit, quod privilegio cogitandi & cogitata verbis promendi a ſummo Creatore donatus ſit, non contemnendum erit illorum talentum, quo in pluribus linguis id peragere, adeoque laudes ſummi Numinis eo latius expandere poſſunt. Neque vanus vel Patri luminum ingratus futurus eſſet labor, ſi quidam, non ſibi ſolis ſed & ſociis creaturis ſe natos reputantes, in id incumbere vellent, ut utiles libros verterent in linguas illarum gentium, quibus durior vivendi neceſſitas hæc ſubſidia ad culturam ingeniorum negavit. In hunc finem editionem

præſen-

præſentis opuſculi libenter ſuſcepi, & ut ad promovendam gloriam autoris omnium bonorum donorum conducat, enixe opto. Vale & pro viribus tuis eundem tibi ſcopum propone.

INDEX

INDEX CAPITUM.

		Pag.
	Explicatio terminorum Grammaticæ Slavonicæ.	1.
	Differentia Ruſſicæ dialecti à lingua Slavonica.	4.
Cap. I.	*De literis, pronunciatione & Orthographia*	6.
Cap. II.	*De Nominibus.*	11.
Cap. III.	*De Pronominibus.*	21.
Cap. IV.	*De Verbis.*	26.
	Verba anomala.	33.
Cap. V.	*De Adverbio.*	40.
Cap. VI.	*De Præpoſitione.*	42.
Cap. I.	*De Conſtructione Præpoſitionam.*	43.
Cap. II.	*Variæ expreſſiones communes*	46.
Cap. III.	*De cibo & potu.*	48.
Cap. IV.	*De rebus domeſticis inter ſervum & Dominum.*	54.
Cap. V.	*De itinere & aliis rebus.*	59.
Cap. VI.	*De cultu Divino.*	68.
	Breve vocabularium rerum naturalium.	83.

Errata.

Pag. 1.	lin. 13.	pro	соѧзъ	lege	зоюзсъ
2.	4.		ощбїи		общїи.
4.	2.		Dialectus		Dialecti.
8.	23.		n. Hiſpan.		n Hiſp.
16.	16.		городиы		городы.
19.	13.		бѣлѣ		бѣлои.
25.	19.	Acc. Sing. Neut.		lege	которое.
27.	16.		провꙋдитъ		пробꙋдитъ.
38.	17.		прибѣлъ		прибѣлъ.

PRÆ-

PRÆFATIO.

INTER linguas diverſarum dialectorum matres haut poſtremum locum ſibi vendicat Slavonica, tam antiquitate, quàm vulgato per plurimas gentes uſu. Inter Slavonicæ autem originis dialectos, Ruſſica non tantum proxime ad fontem ſuum accedit, verum etiam per vaſtiſſimum terrarum tractum, ab emporio Archangeli uſque ad Aſtracan, & ab Ingermannia uſque ad Sinæ confinia ſe extendit: licet nationes inter Siberiam & Sinam ſitæ, nempe Oſtaki, Jakuti, Tonguſi & Daurenſes, proprias quoque habeant linguas. Imo non tantum Ruſſica dialecto utuntur, qui latiſſime patenti Tzarum imperio ſubſunt, verum etiam Buchartzi inter Indiam & Ruſſiam commercia exercentes ei ſtudent. Quare publico rem non ingratam me facturum ſpero, ſi quantum in re nondum tentata licet, Ruſſicæ linguæ elementa tradere coner; quo illi, quibus Moſcovia ſive ob publi

ca ſive ob privata negotia adeunda eſt, non omni prorſus adminiculo addiſcendi ſermonis iſtius regionis deſtituantur. Extat quidem Slavonica Grammatica non ſemel in Ruſſia edita, ſed exteris parum utilis. Pro Ruſſis enim linguæ Slavonicæ ſtudioſis imprimis conſcripta eſt, adeoque in nullo extero idiomate regulæ ibi traduntur, verum ipſi termini Grammatici Slavonicis vocabulis potius obſcurati quàm explicati ſunt. v. g. Declinatio vocatur **Склоне́нїе** *ſclonenie*, Numerus **число́** *Tſchiſlo* &c. Ideo autem Ruſſis cognitio linguæ Slavonicæ neceſſaria eſt, cum apud ipſos non tantum S. Biblia & reliqui libri impreſſi, quibus ſacra peraguntur, Slavonico idiomate ſolummodo extent, verum etiam de materiis eruditionem vel ſcientias ſpectantibus neque ſcribere neque diſſerere liceat, niſi lingua Slavonica in uſum advocetur. Quamobrem quo quis doctior cæteris reputari vult, eo plus Slavonici ſermonibus & ſcripturæ immiſcet, licet nonnulli ridere illos ſoleant, qui in communi ſermone Slavonica nimium affectant. Unicus tantum liber vulgari dialecto impreſſus eſt, qui **Уложе́нїе** *uloſchenie* vocatur, & corpus Juris Ruſſici repræſentat; licet con-

conſtructiones nonnullæ Slavonicam Grammaticam potius quam communem modum loquendi ſequantur. Fuit alias Monaſtici ordinis quidam Simon Polotski, qui tempore ultimi Tzari Theodori Alexeovitſchi Pſalmos Davidis in rythmos Slavonicos redegit, & alia multa Theologica in lucem emiſit. Nimirum дꙋхо́вной ѡ҆бѣ́дъ *Duchovnoi obed* Prandium ſpirituale дꙋхо́вной ве́черъ. *Duchovnoi vetſcher.* Veſpera ſpiritualis мно́го цвѣ́тной ве́ртогра́дъ *mnogo tzvetnoi vertograd* multorum florum hortus. Ille quantum potuit difficilioribus vocabulis Slavonicis abſtinuit, quo à pluribus legi & percipi poſſet, Interim tamen omnia ſunt Slavonica, & multa vulgo ignota. Sed ſicuti nemo erudite ſcribere vel diſſerere poteſt inter Ruſſos ſine ope Slavonicæ linguæ, ita è contrario nemo domeſtica & familiaria negotia ſola linguâ Slavonicâ expediet, nomina enim plurimarum rerum communium, quarum in vita quotidiana uſus eſt, non extant in libris, è quibus lingua Slavonica haurienda eſt. Adeoque apud illos dicitur, loquendum eſt Ruſſice & ſcribendum eſt Slavonice. Quanquam autem

plerique Ruſſi, qui Idiotæ videri nolunt, vocabula ſcribere ſolent, non ut efferuntur, ſed ſicuti ſecundum Grammaticam Slavonicam ſcribi deberent; v. g. ſcribunt сєгоднıа *ſegodnia* hodie, cum tamen pronuncient сєводни *ſevodni.* Nihilominus conſultum duxi in hac Grammatica & dialogis iis literis vocabula exprimere, quæ ſonum efficiunt, qui in pronunciatione auditur; quo eo majori uſui ſim iis qui loquelam linguæ Ruſſicæ addiſcere cupiunt. Qui penitiorem linguæ hujus ſcientiam deſiderabunt, eo minori labore poſtea Grammaticam Slavonicam conſulere poterunt; numerum enim & ordinem eundem Declinationum ſervavi. Quicunque linguam hanc accuratius inſpexerit, & conſideraverit, quam difficulter ad certas regulas grammaticas referri queat, defectus hujus opuſculi facile condonabit. Additi ſunt dialogi & idiotiſmi nonnulli, qui continent phraſes in quotidiana vita occurrentes, & conſtructiones particularum, ut ſyntaxeos inſtar eſſe poſſint. Ideo autem dialogis Germanica addidi, quoniam mercatores diverſarum gentium utuntur linguâ Germanica in Ruſſiâ. Ruſſos etiam nonnullos linguæ Latinæ & Germanicæ ſtudioſos inveni. Imo Patriarchali autoritate ſchola erecta eſt Moſco-

Moſcoviæ, ubi Græci Ludimagiſtri linguam latinam & græcam docent, Ita ut fundamentali Ruſſiæ legi diſciplinæ & ſtudia non adverſentur, ſicuti à nonnullis traditum eſt. Quin potius præſens Tzarea Majeſtas culturam ingeniorum ſubditorum ſuorum exoptat.

Cæterum ſicuti non tantum propter commercia & negotia aulica, ſed etiam propter curam exterarum Eccleſiarum, tam in emporio Archangeli & Wolgodæ,quam in ipſa metropoli Moſcua clementia Tzarea conceſſarum, multi exteri Ruſſiam intrare coguntur, ita forſan unus vel alter aliquam utilitatem ex opera mea haurire poterit. Quem ſcopum ſi obtinuero, neque ſuſcepti laboris neque ſiniſtrorum judiciorum me pigebit. Nam ſicuti ridicula ambitione non deliro, ut famam è grammaticalibus quæram, ita ex contraria parte meam non turbabunt quietem ſententiæ eorum, qui alios carpendo potius, quàm pro modulo virium ſuarum utilitati publicæ ſtudendo ingenium oſtentare geſtiunt.

Forſan hoc ſpecimen Ruſſos perſuadebit, poſſe & in vulgari dialecto aliquid imprimi. ſicuti Nationi Ruſſicæ decori & utilitati foret, ſi more aliarum gentium propriam linguam excolere atque bonos libros in ea edere cona-

conarentur. Sperandum eſt Patriarcham ad hoc manus commodaturum, cum laudabili promovendarum bonarum literarum deſiderio teneatur. In quem finem typos Græcos in Hollandia ſculpi curavit ab eodem artifice, qui typos hos Slavonicos in uſum Academiæ Oxonienſis concinnavit.

IN
GRATIA MEORUM.
QUI
GRAMMATICA SLAVONICA
UTI CUPIUNT,
terminos Grammaticos in ea uſitatos
hic explicare conſultum duxi.

О҆смъ ча́сти сло́ва. Octo partes Orationis.

1 І҆мѧ́ Nomen. 2 мѣсто́именїе Pronomen. 3 глаго́лъ Verbum. 4 прича́стїе Participium. 5 нарѣ́чїе Adverbium 6 предло́гъ Præpoſitio. 7 сою́зъ Conjunctio. 8 междоме́тїе Interjectio.

Сꙋществи́телное Subſtantivum. прилага́телное Adjectivum. сте́пенїе ꙋ҆равне́нїѧ Gradus comparationis. положи́телныи Poſitivus.

разсꙋ-

разсꙋдителныи Comparativus. превосходи-телныи Superlativus.

Родъ Genus. мꙋжескїи Maſculinum. жен-скїи Fœmininum. среднїи Neutrum. ѻбщїи Commune. всякїи Omne.

Видъ Species. первообразныи Primitivum. производныи Derivativum.

Начертанїе Figura. простое Smplex. сло-женое Compoſitum.

Склоненїе Declinatio. правилное regulare. неправилное irregulare.

Число Numerus. единственое Singularis. двоиственое Dualis. множественое Pluralis.

Падежь Caſus. именителныи Nominativus. родителныи Genitivus. дателныи Dativus. винителныи Accuſativus. звателныи Vocativus. творителныи Ablativus Inſtrumenta сказателныи Ablativus.

Послѣ-

Послѣдꙋ́ющїѧ глаго́лꙋ accidentia verbi

Зало́гъ Genus. дѣйстви́телныи Activum. страда́телныи Paſſivum. сре́дныи Neutrum. ѿложи́телныи Deponens.

Figura, ſpecies & numerus, in nominibus jam tum explicata ſunt.

Лицѐ Perſona. пе́рвое prima. вто́рое ſecunda. тре́тїе tertia.

Наклоне́нїе Modus. и҆зъѧви́телное Indicativus. повели́телное Imperativus. моли́телное Optativus. сослага́телное Conjunctivus. подчини́телное Subjunctivus. неопредѣле́нное Infinitivus.

Вре́мѧ Tempus. Настоѧ́щее Præſens. прехо́дѧщее Præteritum. бꙋ́дꙋщее Futurum.

Ѻкрѫже́нїе Conjugatio. пра́вилное regularis стропо́тное irregularis.

Ꙋ҆чаща́телныи Frequentativum.

Sequuntur obſervationes nonnullæ circa differentiam Ruſſicæ dialectus a lingua Slavonica.

А Slavonicum duas conſonantes ſequens mutatur in duo о.

Slav.		Ruſſice
Глава	caput	Голова
Градъ	urbs	Городъ
Гладъ	fames	Голодъ

Є Slavonicum à Ruſſis ſæpe mutatur in о

Slav.		Ruſſ.
Єдинъ	unus	Одинъ
Єсень	autumnus	Осень
Єсеръ	lacus	Осеръ

In declinationibus Slavonicæ linguæ conſonantes nominativi in nonnullis caſibus mutantur, ſed in Ruſſica dialectu retinentur v. g. рꙋка manus in dativo & ablat. ſingulari facit рꙋцѣ, in lingua Ruſſica vero рꙋкѣ. ſic à ꙗзыкъ lingua, eſt nominativus pluralis ꙗзыцы. Ruſſice vero ꙗзыки. Similiter quoque in declinatione nominum Slavonicorum г in з & ж. х in с nonnunquam mutatur.

Щ Slavonicum, à Ruſſis frequenter mutatur in ч. Slav.

Slav.		Ruſſ.
нощь	nox	ночь
немощь	morbus	немочь
хощетъ	vult	хочетъ

In adjectivis Slavonicis genitivus ſingularis maſculini & neutri deſinit in го ſed in lingua Ruſſica in во.

		Slav.	Ruſſ.
à такой	talis	такого	таково
є̑динъ	unus	единного	одново

In verbis Slavonicis præteritum deſinit in х ſed in verbis Ruſſicis in л.

любихъ	amavi	любилъ.

Præpoſitiones nonnullæ aliter conſtruuntur in lingua Ruſſicâ quam in Slavonicâ

Slav. междȣ рȣскими людми
Ruſſ. междȣ рȣскихъ людей
Inter Ruſſos.

Interdum quoque vocabula prorſus differunt.

Slav.		Ruſſ.
глаголю	loquor	говорю;
реклъ	dixit	сказалъ
днесь	hodie	севодни
вынȣ	ſemper	всегда, всегдѣ
истина	veritas	правда
тȣне	gratis	даромъ

Caput I.

De Literis, Pronunciatione & Orthographia

Nom.	figura	numerus	valor
Az	А а	1	a
Buki	Б б	2	b
Vædi	В в		v conſonans
Glagol	Г г	3	g
Dobro	Д д ⷣ	4	d
Ieſt	Є є е	5	e
Schiviet	Ж ж		g Gallorum ante e & i
Zelo	Ѕ ѕ	6	Z Gallor. & Anglor.
Zemla	З з	7	
Iſche	И и	8	i
I	І ї	10	
Kako	К к	20	k
Liudi	Л л	30	l
Miſlæt	М м	40	m
Naſch	Н н ⷩ	50	n
On	О о ⷪ	70	o
Pocoi	П п	80	p
Rtzi	Р р	100	r
Slovo	С с ⷭ	200	ſ
Twerda	Т т ⷮ	300	t

Ik	Ѹ ѹ	400	u
Phert	Ф ф	500	ph.
Cheer	Х х	600	ch. Germanorum
Ot	Ѡ ѡ	800	o longum
Tſi	Ц ц	900	ts.
Tſcherf	Ч ч	90	tſch. ch. Angl. ſive C Ital. ante e & i.
Scha	Ш ш		ſch. ſive ch. Gall. & ſh Anglorum.
Schtſcha	Щ щ		ſchtſch.
Ier	Ъ ъ		non effertur in pronunciatione
Ieri	Ы ы		ui
Ieer	Ь ь		i breviſſimum
Iat	Ѣ ѣ		ie dipthongus
Ius	Ю ю ѫ		iu
Iæt	Ꙗ Ѧ ѧ		ia dipthong.
Kſi	Ѯ ѯ	60	x
Pſi	Ѱ ѱ	700	Ps
Thita	Ѳ ѳ	9	f
Iſchitze	Ѵ ѵ		pronunciatur i.
	Ѿ		Ot

Millenarios ſequenti modo ſcribunt ҂а 1000. ҂в 2000. Annus præſens ҂ахчѕ. 1696. Ruſſis eſt à condito mundo ҂зсд. 7204. qui menſe Septembri præteriti anni incepit.

In pronunciatione maxima pars Germanorum impingere ſolet, differentiam non obſervando inter ж & ш. inter з & с. imo interdum ne quidem inter б & п. & inter д & т. quod tamen illis non accidet qui Gallicam linguam genuine pronunciant.


Є in initio vocis pronunciatur tanquam iota Germanicum præcederet єво. *ievo* illius. єсть *ieſt* eſt. in ultima ſyllaba ſequente alia conſonante frequenter ut о. пиєшъ bibis *piioſch.* бьєшъ *biioſch.* verberas.

Sonus litera ы non niſi viva voce exprimi poteſt, eſt inſtar diphthongi ex u & i compoſitæ. Ab exteris ſæpe in pronunciatione confunditur, licet vox inde prorſus aliam ſignificationem accipiat ut пытатъ *puitat.* cruciare питатъ *pitat* cibare.

Quanquam ъ nunquam & ь vix in pronunciatione audiatur, uſum tamen habent in fine vocabuli poſt aliam conſonantem, quanquam ſine tenuibus auribus ab extero vix percipi poſſint. Aliquatenus explicari poſſet ль. & нь finale per ll. & n Hiſpanorum полъ. ſexus. поль pavimentum.

In pronunciatione quoque attendus eſt accentus, quem libris impreſſis apponere ſolent, non

ad pag.



MBurg ſculp

non vero ſcripturæ vernaculæ linguæ. Accentus collocatio vocis ſignificationem interdum determinat v. g. мꙋка. ſi accentum colloces in penultima & dicas *múca* ſignificat cruciatum, ſi vero in ultima & dicas *mucà.* ſignificat farinam. Uſu autem potius quam regulis diſcendus eſt accentus·

In orthographia nonnulli exteri ч. ш & щ confundunt quod tamen genuinæ pronunciationis tantiſper gnaris non accidet.

ѣ. & є. о. & ѡ. и. і. & ѵ. in ſcribendo à nonnullis confunduntur. Hæ tres ultimæ vocales licet ſonu ſimiles interdum vocis ſignificationem determinant миръ. pax міръ mundus. мѵръ mirrha.

Nonnullæ literæ alia forma pinguntur ſcribendo quam in libris impreſſis, ſicuti ex tabula appoſita videre licet.

Frequentibus quoque abbreviationibus utuntur tam in ſcriptione quam in impreſſione, è quibus maxime communes hic ſubjungimus.

Агг҃лъ *angel* angelus. арх҃агг҃лскїи *archangelskii* archangelicus. бг҃ъ *bog* Deus. бж҃тво *boſcheſtwo* divinitas. бц҃а *bogoroditza* Deipara.

бл҃го-

бл҃годарю *blagodariu* gratias ago. вл҃ка *vladica* Dominator воскрн҃іе *voſcreſenie* reſurrectio. гдь *Goſpod* Dominus. гдрь *Goßudar* Dominus, quo tamen Tzarem ſignificant, ſi iſtud vocabulum ſolum cum verbo dicunt vel ſcribunt. дхъ *duch* ſpriritus. днь *Den* dies. епкпъ *iepiſcop* Epiſcopus. їиль *iſrail* Iſrael. їис *iiſus* Jeſus. кртъ *kreſt* crux. крщеніе *kreſchtſchenie* baptiſma. мрость *mudroſt* ſapientia. млть *miloſt* amor, charitas. мчнк *mutſchenik* martir. мцъ *meſetz* menſis. нбнаіи *nebeſnii* cœleſtis. нн҃ѣ *nuine* nunc. ржтво *roſcheſtvo* nativitas. стъ *ſviat* ſanctus. слнце *ſontze* ſol. срце *ſertze* cor. трца *troitza* trinitas. Ѹчтль *utſchitel* Præceptor. Ѹчнкъ *utſchenik* diſcipulus. Хс *Chriſtos* Chriſtus. ѿцъ *ottetz* pater. црь *Tzar* члкъ *tcheloveck* homo. чть *tſcheſt* honor.

CAPUT

Caput II.

De Nominibus.

Magnam Nomina habent difficultatem in declinationibus. Non enim declinationes per certos tantum articulos cujuſlibet caſus fiunt, uti in maxima parte Vernacularum Europæ, ſed caſus à ſe invicem terminationibus differunt, uti in lingua Latina & Græca. Præterea modus flectendi nomina ad certa pauca quædam Paradigmata referri non poteſt. Retinuimus igitur numerum & ordinem Declinationum, qui in Grammatica Slavonica extat, quoniam in vocabulis difficilibus & in communi ſermone parum uſitatis ad Grammaticam Slavonicam ſemper recurrendum eſt. Vocabula tamen aliqua maſculina apud Ruſſos peculiari modo declinantur, uti in ſecunda declinatione monebimus.

Declinationes ſunt quinque, primæ quatuor ſunt ſubſtantivorum, quinta adjectivorum.

Genera habent quatuor, nimirum Maſculium, Fœmininum, Neutrum & Commune. Commune competit paucis iis ſubſtantivis,

quæ tam de Viro quam de Fœmina dicuntur.

Genus omne non habent: nam adjectiva tribus terminationibus conſtant; maſc. deſinit ꙑ. fœm. in ꙗ. & neutrum in ое. contracte о.

Certæ Regulæ univerſales dari non poſſunt ex quibus genus cujuſlibet nominis ſubſtantivi ſtatim dignoſci queat, maximam tamen partem regulæ ſequentes continent.

Maſculina ſunt, quæ in ꙑ deſinunt in quarta declinatione, & quæ in ъ deſinunt in ſecunda declinatione.

Fœminina ſunt quæ in ꙗ deſinunt in prima declinatione, & in ь in tertia declinatione. Sunt quidem in quarta declinatione quædam maſculina in ь deſinentia, ſed illa maximam partem ſunt nomina virorum.

Neutra deſinunt in е, о & ѧ, quorum quædam ſunt ſecundæ, quædam quartæ declinationis.

Numeros lingua Slavonica habet tres, Singularem, Dualem & Pluralem. Cum vero in ſermone communis dialecti Ruſſicæ exiguum uſum numeri dualis deprehenderim, paradigmatibus meis eum inſerere nolui, ne pro incipientibus difficultates augeantur præter neceſſitatem.

Duas

Duas terminationes Dualis numeri in communi loquela obſervavi, nimirum nominativi maſcul. in **а.** fœm. in **ѣ** & ablativi inſtrumentalis in **ма** v. g. **два глаза** duo oculi **двѣ женѣ** duæ mulieres. **я видалъ своема глазама** vidi meis oculis; licet multi dicant **я видалъ своими глазами.** quod eſt ablat. pluralis.

Monendum tamen Ruſſos uti Duali non tantum cum de duobus loquuntur, ſed quoque de tribus & quatuor v. g. **два попа, три попа, четыри попа** duo presbyteri, tres presbyteri, quatuor presbyteri.

Sed ſciendum hoc tantum obſervari quando ſubſtantivo numerus cardinalis additur uti in præcedentibus exemplis.

A numero quinario incipit uſus pluralis. v. g. **пятъ попы** quinque presbyteri.

Caſus habent ſeptem. Nam præter ſex caſus vulgares, habent unum linguæ Slavonicæ indeque derivatis dialectis peculiarem, quem ablativum inſtrumentalem nonnulli vocant. In Grammatica Slavonica vocatur **творителный,** & eſt ordine ſextus, quo ordine quoque illum in paradigmatibus noſtris declinationum collocabimus, quo minus confundantur qui ſtu-

dium hujus linguæ ope Grammaticæ Slavonicæ perficere velint.

Utuntur autem iſto ablativo inſtrumentali. 1. quando de re loquuntur, qua tanquam inſtrumento aliquid peractum eſt ut **ножикомъ резалъ** ſecui cultro.

2. De tempore loquentes; v. g. **вѣсною** vere, ſeu vernali tempore **лѣтомъ** æſtate. **днемъ** die **ночїю** noctu.

3. Cum verbо **зва** & verbo **бы** v.g. **иваномъ меня зову** vocant me Johannem, i. e. nomen mihi eſt Johannis. **онъ посломъ былъ во францускои землѣ.** fuit legatus in Gallia.

4. Aliquæ præpoſitiones interdum cum hoc caſu conſtruuntur.

5. In idiotiſmis nonnullis Ruſſicis. **я простъ своими денгами.** omni mea pecunia orbatus ſum **я скуденъ денгами** pecunia indigeo. **не погнушаи ся нашимъ кушенїемъ** noli ſpernere noſtros cibos.

Genitivo utuntur interdum loco nominativi poſt particulam negativam **нетъ** v. g. **нету таково чл҃вка которои все знаетъ** non datur talis homo qui omnia ſcit.

Quantitatem indeterminatam quoque more

re Gallicæ linguæ per genitivum exprimunt. ut. дaи мнѣ хлѣба da mihi panem. Germanice *gebt mir brod.* дaи мнѣ хлѣбъ ſignificat da mihi totum panem. Germanice *gebt mir das brod.*

Genitivus quoque poſt comparativum ponitur онъ старши брата моево ille ſenior eſt quam frater meus.

Denique notandum, quanquam in vulgari dialecto Vocativus ſimilis ſit Nominativo, nonnunquam tamen Vocativum Slavonicum eos retinere, quod fieri ſolet in rebus ſpectantibus ad religionem; quæ ipſis Slavonice tradita fuit. ut. Боже помилȣи miſerere Deus.

Prima Declinatio duas habet terminationes nempe а & ѧ. Nominaque hujus declinationis ſunt generis fœminini exceptis nominibus virorum, e. g. жена mulier vel uxor.

	Singularis	Pluralis	
Nominativus	жена́.	жены	mulier, uxor
Genitivus	жены	женъ	
Dativus	женѣ	женамъ	
Accuſat.	женȣ	жены	
Vocativus	жена	жены	
Ablativ. Inſtru.	женою	женами	
Ablativus	женѣ	женахъ	

Eodem

Eodem modo declinatur дѣва virgo вода aqua, рȣка manus. Ubi obiter monendum in iſtis caſibus quæ terminantur in ы. Ruſſos, ut in lingua Slavonica, poſt к. ſumere и. ut. персты моеи рȣки. digiti meæ manus. pro рȣкы. Quod autem in lingua Slavonica к ante ѣ mutatur in ц. hoc Ruſſi non obſervant. Dicunt enim онъ держи҄ въ свое҆ рȣкѣ tenet in manu ſua, cum Slavonice dicendum eſſet рȣцѣ.

Secunda Declinatio duas habet terminationes, nempe in ъ quæ ſunt generis maſculini ut. городъ urbs & in о & ѧ. quæ ſunt generis neutrius. ut древо lignum. имѧ nomen.

	Singularis	Pluralis.
Nomin.	городъ urbs	городы
Genit.	города	городовъ
Dat.	городȣ	городомъ
Accuſ.	городъ	городы
Vocat. ſimilis eſt Nominativo.		
Ablat. Inſtr.	городомъ	городами
Ablat.	городѣ	городехъ

In rebus animatis Accuſativus ſingularis deſinit in а ut братъ frater видалъ ты моего брата vidiſtine meum fratrem.

Interdum

Interdum ultima vocalis nominativi in caſibus obliquis abjicitur ut ѡтецъ pater. ѿца patris ѿцȣ patri. ѿца patrem.

Vocabula quædam mere Ruſſica genitivum & ablativum ſingularis formant in ȣ. ut чл҃вкъ простово родȣ. homo generis plebeii ȣнево въ домȣ пожаръ былъ in ipſius domo incendium fuit. четыри времена годȣ. quatuor anni tempora обоево полȣ люди. utriuſque ſexus homines.

	Sing.	Plur.	
N.	древо	древа	lignum
G.	древа	древъ	
D.	древȣ	древомъ	
A. V.	ſimiles ſunt Nominativo.		
Ab. I.	древомъ	древами	
Abl.	древѣ	древехъ	

	Sing.	Plur.	
N.	имѧ	имена	nomen
G.	имене	именъ	
D.	имени	именемъ	
A. V.	ſimiles ſunt Nominativo.		
Ab. I.	именем	именми	
Abl.	имени	именехъ.	

Tertia

Tertia Declinatio, unam habet terminationem in ь. & nomina hujus Declinationis ſunt generis fœminini. ut лошадь equus.

	Sing.	Plur.
N.	лошадь	лошади
G.	лошади	лошадеи
D.	лошади	лошадемъ
A.	лошадь	лошади
V. ſimilis eſt Nominativo.		
Ab. I.	лошадїю	лошадми
Abl.	лошади	лошадехъ

Quarta Declinatio varias habet terminationes, è quibus communiores ſunt in и. ь & е. atque genitivum formant in ѧ. ut моровеи. formica. моровѧ. кнѧзь princeps кнѧзѧ. знаменїе ſignum знаменїѧ.

	Sing.	Plur.
N.	кнѧзь	кнѧзїе
G.	кнѧзѧ	кнѧзеи
D.	кнѧзю	кнѧземъ
A.	кнѧзѧ	кнѧзіе
V. ſimilis eſt Nominativo		
Ab. I.	кнѧземъ	кнѧзми
Ab.	кнѧзѣ	кнѧзех

Quinta

Quinta Declinatio eſt Adjectivorum, quorum maſculinum deſinit in и. ut бѣлои albus fœm. in а. ut бѣлаꙗ contr. бѣла alba. neutr. in ое. бѣлое contr. бѣло album.

Singularis.

	Maſc.	Fœm.	Neutr.
N.	бѣлои	бѣла	бѣло
G.	бѣлово	бѣлои	бѣлово
D.	бѣломȣ	бѣлои	бѣломȣ
A.	бѣлово	бѣлȣю, бѣлȣ	бѣло
V. ſimilis eſt Nominativo.			
Ab. I.	бѣлимъ	бѣлою	бѣлимъ
Abl.	бѣломъ	бѣлѣ	бѣломъ

Pluralis.

N.	бѣлие	бѣлиꙗ	бѣла
G.	бѣлихъ	in omnibus generibus.	
D.	бѣлимъ		
A.	ſimiles ſunt Nominativo.		
V.			
Ab. I.	бѣлими	in omnibus generibus.	
Ab.	бѣли^х		

Accuſativus ſingularis maſculini ſimilis eſt Nominativo quando conſtruitur cum Subſtantivo rei inanimatæ ꙗ кȣпилъ доброи ножикъ emi bonum cultrum.

Quando Adjectivum ſolum ponitur ſine Subſtantivo, ultima vocalis Nominativi ſingularis maſculini abjicitur; ut ꙋченной человѣкъ homo doctus. кажетъ сѧ мнѣ что онъ не ꙋченъ videtur mihi quod ipſe non ſit doctus.

Formatio Comparativi uſu addiſcenda eſt старои. ſenex. habet in Comparat. старши ſenior. à молдои juvenis fit моложи Junior à короткои brevis коротчи brevior. высокои altus. выши altior. великои magnus. болши major малои parvus менши minor. доброи bonus. лꙋчи melior.

Superlativum exprimere ſolent addito ad Comparativum всехъ omnium. ut. москва болши всехъ городъ на рꙋсїѣ. Moſcua maxima urbs eſt in Ruſſia.

Licet in ſcribendo Superlativus Slavonicus frequenter retineatur. Fit autem in lingua Slavonica regulariter Comparatio ſequenti modo.

	Poſitivus.	Comparat.	Superlativus.	
M.	свѧты́и	свѧ́шї	свѧтѣ́иши	Sanctus.
F.	свѧта́ѧ	свѧ́тшаѧ	свѧтѣ́ишаѧ	
N.	свѧто́е	свѧ́тшее	свѧтѣ́ишее.	

Antequam caput hoc de Nominibus finiamus, monendum eſt, Ruſſos frequenter uti dimi-

diminutivis, non tantum cum blandiri alicui volunt. ut дрꙋжокъ mi amice. à дрꙋгъ amicus, verum etiam civilitatis gratia nomina ſua in epiſtolis ſemper in Diminutivo ſubſcribunt. v. g. ивашка ab иванъ Johannes петрꙋшка à Петръ Petrus.

Caput II.
De Pronominibus.

PRronomina perſonalia declinantur ſequenti modo.

	Prima Perſ.	Secunda Perſ.	Tertia Perſ.
		Singularis.	
N.	я ego	ты tu	онъ ille
G.	мене	тебе	єво
D.	мнѣ	тебѣ	емꙋ, немꙋ
Acc.	меня	тебя	єво
Ab. I.	мною	тобою	нимъ
Abl.	мене	тебе	немъ
		Pluralis.	
N.	мы nos	вы vos	оны illi.
G.	насъ	васъ	ихъ
D.	намъ	вамъ	имъ
Acc.	насъ	васъ	ихъ
Ab. I.	нами	вами	ими, ними
Abl.	насъ	васъ	ихъ, нихъ

Prima & ſecunda Perſona ſunt generis communis, tertia Perſona habet in Singulari Fœmininum она illa. Genit. еи. Dat. еи. Acc. ю & нея. Ab. Inſt. нею. Abl. неи. In Plurali tertia Perſona eſt quoque generis comnunis.

Huc quoque ſpectat себе ſui. себѣ ſibi. себя ſe, & собою ſecum.

Pronomina poſſeſſiva ſunt мои, моя, мое meus mea meum. твои твоя твое tuus tua tuum. нашъ наша наше noſter noſtra noſtrum. вашъ veſter. & declinantur ſequenti modo.

	Maſcul.	Fœm.	Neutrum.
		Singularis.	
N.	мои	моя	мое
G.	моего	моеи	моего
D.	моему	моеи	моему
Acc.	моего	мою	мое
Ab. I.	моимъ	моею	моимъ
Abl.	моемъ	моеи	моемъ.
		Pluralis	
N.	мои	моя	моя
G.	моих	} in omnibus generibus.	
D.	моимъ		
Ab. I.	моими	} in omnibus generibus	
Abl.	моихъ		

Notan-

Notandum quod свои ſit poſſeſſivum tam primæ & ſecundæ, quam tertiæ perſonæ. pro ratione verbi præcedentis. v. g. держꙋ въ своеи рꙋкѣ teneo in manu mea. ты держишъ въ своеи рꙋкѣ tu tenes in manu tua. онъ держитъ въ своеи рꙋкѣ ille tenet in manu ſua.

Pronomina demonſtrativa ſunt сеи vel єтои hic. сеѧ l. єтаѧ hæc. сие. l. єтое hoc. тои ille таѧ illa. тое illud.

	Maſc.	Fœm.	Neut.
		Singularis.	
N.	сеи	сеѧ	сие
G.	сего	сеи	сего
D.	семꙋ	сеи	семꙋ
Acc.	сего	сїю	сие
Vocativus ſimilis eſt Nominativo.			
Ab. I.	симъ	сею	симъ
Abl.	семъ	сеи	семъ
		Pluralis.	
N.	сие	сиѧ	сиѧ
G.	сихъ	in omnibus generibus.	
D.	семъ		
Acc.	сие	сиѧ	сиѧ
Vocativus ſimilis eſt Nominativo.			
Ab. In.	сѣми	in omnibus generibus.	
Ablat.	сихъ		

Commu-

Communius tamen in vulgari dialectu adhibent єтон, quod flectitur ſecundum paradigma Pronominis Relativi которои.

	Maſc.	Fœm.	Neut.
		Singularis.	
Nom.	тои	таѧ	тое
Gen.	токо	тои	токо
Dat.	томȣ	тои	томȣ
Accuſ.	токо	тȣю	тое
Vocativus ſimilis eſt Nominativo.			
Abl. I.	тѣмъ	тою	тѣмъ
Ablat.	томъ	тои	томъ
		Pluralis.	
Nom.	тие	тиѧ	таѧ
Gen.	тѣхъ	} in omnibus generibus.	
Dat.	тѣмъ		
Acc. & Voc. ſimiles ſunt Nominativo.			
Abl. I.	тѣми	} in omnibus generibus.	
Abl.	тѣхъ		

Interogativa ſunt хто quis, quæ & что quid. & чеи чеѧ чие. quod ſequenti modo conſtruitur чеи єтон человѣкъ cujus hic eſt ſervus. чеѧ єтаѧ лошадь cujus hic eſt equus

Maſc.

	Maſc.	Fœm.	Neutr.
Nom.	хто quis	хто quæ	что quid
Genit.	ково	кои	чево
Dativ.	комꙋ	кои	чемꙋ
Accuſ.	ково	кꙋю	что
Abl. I.	кимъ	кою	чимъ
Ablat	комъ	кои	чемъ

In plurali ut in lingua Latina Relativo которои utuntur.

Eodem modo declinatur нехто nemo & нечто nihil.

Relativum которои, котораѧ, которое. qui, quæ, quod, ſequenti modo declinatur.

	Maſc.	Fœm.	Neutr.
		Singularis.	
Nom.	которои	котораѧ	которое
Gen.	которово	которои	которово
Dat.	которомꙋ	которои	которомꙋ
Acc.	которово	которꙋю	которово
Ab. I.	которимъ	которою	которимъ
Abl.	которомъ	которои	которомъ
		Pluralis.	
Nom.	которие	коториѧ	котораѧ
Gen.	которихъ	in omnibus generibus.	
Dat.	которимъ	in omnibus generibus.	
Acc.	которие	коториѧ	котораѧ
Ab. I.	которими	in omnibus generibus.	
Ab.	которихъ	in omnibus generibus.	

Eo-

Eodem modo flectitur нєкоторой aliquis какой qualis. нєкакой nullus. всѧкой quilibet. самой ipſe.

Онъ самъ то мнѣ сказалъ ille mihi hoc dixit ipſe.

Cap. IV.

De Verbo.

VErba ſunt vel Primitiva vel Derivativa. Inter Derivativa creberrimus eſt uſus frequentativorum, quibus ſemper utuntur, quando de actione indeterminata loquuntur. v. g. ѡбманиватъ Frequentativum eſt ab ѡбманитъ fallere. Sic dico на силȣ найдешъ человѣка которой нє ѡбманиваєтъ vix reperis hominem, qui non fallit. Sed ſi loquar de certo actu, tunc dico ты ѡбманилъ менѧ tu me feſelliſti. Sic ȣмыватъ Frequentativum eſt ab ȣмытъ lavare.

Particulæ verbis compoſitis additæ ſpecificant verbi ſignificationem. v. g. нєсти portare. принєси ключъ affer clavem huc. понєси ключъ къ замочкȣ porta clavem ad fabrum ſerrarium. привѣди лошадь сȣда adduc equum huc. повѣди лошадь въ конюшню Duc

duc equum in equile. приш҆ли сꙋда mitte huc. пошли тꙋда mitte illuc.

Вы in compoſitione verborum ſignificat ex. v. g. выити exire. вытечи effluere. воз vel вз ſignificat ſurſum. v. g. возходитъ adſcendere.

Про reſpondet Germanicæ particulæ *ver* in verbis compoſitis. питъ bibere пропитъ bibendo abſumere, Germ. *vertrincken.* проиграть. *verſpielen* ludo perdere.

Verba Paſſiva, Neutra & Reciproca plerumque fiunt per additionem particulæ сѧ. in omnibus Temporibus & Perſonis ꙋчю doceo. ꙋчю сѧ doceor. diſco. ꙋчишъ сѧ diſcis, ꙋчитъ сѧ diſcit, ѧ ꙋчилъ сѧ didici, ты ꙋчилъ сѧ didiciſti &c. Sic провꙋдитъ expergefacere, провꙋдитъ сѧ expergiſci.

Tempora Indicativi habent tria.

1. Præſens, quod definit in ꙋ l. ю. ut здѣлаю.

2. Præteritum, quod regulariter definit in л. & habet Fœmininum in tribus Perſonis Singularis numeri in а. ut. ѧ здѣлалъ feci. (vir) ѧ здѣлала feci. (mulier.)

3. Futurum quod ordinario fit addendo ad Infinitivum бꙋдꙋ vel станꙋ. ut. бꙋдꙋ здѣлатъ faciam.

Loco Temporum Subjunctivi additur Præterito Indicativi ſyllaba **бы** quando optative vel conditionaliter loquuntur. v. g. **дай богъ что бы братъ мой приѣхалъ** faxit Deus ut frater meus adveniat **какъ бы ѧ зналъ такъ бы ѧ не кȣпилъ,** ſi ſciviſſem non emiſſem.

Verbis auxiliaribus ad formationem Præteriti non utuntur, ſicuti reliquæ vernaculæ Europæ. In communi quoque ſermone verbum **имѣти** habere & Præſens à verbo **быти** eſſe. vix occurrit, niſi quod more Latino **есть ȣ мене** eſt mihi, loco habeo dicant. Sic **естли ȣ тебѧ денги** habeſne pecuniam.

Sum, es, eſt, plerumque omittitur. v. g. **ѧ сытъ** ſum ſatur, **алты дȣракъ** eſne tu ſtultus. **онъ гораздо богатъ.** ille eſt valde dives Præteritum vero in uſu eſt.

	Singularis.		Pluralis.
Maſc.	**ѧ былъ**	fui	**мы были** fuimus
Fœm.	**ѧ была**		
Maſc.	**ты былъ**	fuiſti	**вы были** fniſtis.
Fœm.	**ты была**		
Maſc.	**онъ былъ**	fuit	**они были** fuerunt.
Fœm.	**она была**		

Futurum.

Singularis.	Pluralis.
бȣдȣ ero	**бȣдемъ** erimus.

бȣ-

бȣдешъ eris	бȣдете eritis.
бȣдетъ erit	бȣдȣтъ erunt.

Imperat. Sing. бȣди eſto. Plur. бȣдите eſtote.
Infinitivus быти.

Regularia Verba ad duas conjugationes referri poſſunt; neque aliqua eſt inter eas differentia niſi in Tempore Præſenti Indicativi, uti ex ſequentibus paradigmatibus liquebit.

Prima Conjugatio eſt cujus Infinitivus deſinit in ат. vel ят & tertia Perſona Singularis Præſentis in етъ. Plur. in ȣтъ. ut здѣлатъ facere. онъ здѣлаетъ ille facit. оны здѣлаютъ faciunt.

Præſens fit ab Infinitivo mutato тъ in ю.

Singularis	Pluralis.
здѣлаю facio	здѣлаемъ facimus
здѣлаешъ facis	здѣдаете facitis
здѣлаетъ facit	здѣлаютъ faciunt.

Notandum, quod quæ in Infinitivo deſinunt in ватъ, iſtud in Præſenti mutant in ȣю. e. g. ночеватъ pernoctare ночȣю pernocto послѣдоватъ ſequi. послѣдȣю ſequor.

Quæ in Infinitivo deſinunt in затъ, habent in Præſenti жȣ. ut. резатъ ſecare. режȣ ſeco. сказатъ dicere. скажȣ dico. приказатъ jubere. прикажȣ jubeo.

Præteritum fit ab Infinitivo mutato т in л. ut, ѧ здѣлалъ feci. à здѣлатъ, ночевалъ pernoctavi à ночеватъ. сказалъ dixi. à сказатъ.

	Singularis.		Pluralis.	
M.	ѧ здѣлалъ	feci	мы здѣлали	fecimus
F.	ѧ здѣлала			
M.	ты здѣлалъ	feciſti	вы здѣлали	feciſtis
F.	ты здѣлала			
M.	онъ здѣлалъ	fecit	оны здѣлали	fecerunt
F.	она здѣлала			

Futurum fit addendo ad Infinitivum бȣдȣ vel станȣ.

Singularis.

ѧ бȣдȣ l. станȣ	здѣлатъ	faciam.
ты бȣдешъ. l. станешъ		facies.
онъ бȣдетъ l. станетъ		faciet.

Pluralis.

мы бȣдемъ l. станемъ	здѣлатъ	faciemus.
вы бȣдете l. станете		facietis.
оны бȣдȣтъ l. станȣт		facient.

Imperativus fit à Præſenti mutato ȣ vel ю in и. здѣлаи fac. скажи dic. à скажȣ dico. Sing. здѣлаи fac. Plur. здѣлаите facite.

Loco Temporum Subjunctivi, ut ſupra monitum, tantum addunt Syllabam бы. Præterito Indicativi.

Præ-

Præſens.

1. дай богъ что бы я здѣлалъ, здѣлала
2. дай богъ что бы ты здѣлалъ, здѣлала
3. дай богъ что бы онъ здѣлалъ, она здѣлала.

Faxit Deus ut ego faciam, tu facias, ille faciat, illa faciat.

дай богъ что бы мы здѣлали
вы здѣлали
они здѣлали.

Faxit Deus, ut nos faciamus, vos faciatis, illi faciant.

In Præterito imperfecto, perfecto & pluſquamperfecto alium modum loquendi non habent.

Какъ бы я здѣлалъ, здѣлала ſi facerem, ſi feciſſem какъ бы ты здѣлалъ, здѣлала ſi faceres, feceris, feciſſes.

Infinitivus. здѣлатъ facere

Particip. Præſens здѣлающïи faciens.

Particip. Præter. здѣланнои factus.

Secunda Conjugatio, cujus Infinitivus plerumque deſinit in итъ, ut dictum, à prima Conjugatione tantum differt in Præſenti, formans tertiam Perſonam Singularis in итъ, & tertiam pluralis in ятъ. ut вѣритъ credere.

онъ

онъ вѣритъ credit. оны вѣрѧтъ credunt.

Præſens fit ab Indicativo mutato т. in ю. ut вѣрит҇ вѣрю credo.

Singularis.	Pluralis.
вѣрю credo	вѣримъ credimus.
вѣришъ credis	вѣрите creditis.
вѣритъ credit	вѣрѧтъ credunt.

Nota 1. Quæ in Infinitivo deſinunt in бить, вить & пить, illa in prima perſona Præſentis л aſſumere ſolent, ut любитъ amare, люблю amo. дивитъ сѧ, mirari дивлю сѧ miror, licet дивую сѧ quoque in uſu ſit, купитъ emere, куплю emo. In reliquis vero perſonis iſtud л. iterum abjiciunt. ut ты любишъ amas, онъ дивитъ сѧ miratur. купѧтъ emunt.

2. Quæ in Infinitivo deſinunt in дитъ primam perſonam præſentis habent in жу, ut. ходитъ incedere. хожу incedo. глѧдитъ aſpicere глѧжу aſpicio, розсердитъ сѧ iraſci, розсержу сѧ iraſcor. In reliquis vero perſonis iſtud ж Iterum in д mutatur. ut ты ходишъ incedis, онъ глѧдитъ aſpicit, оны роз сердѧтъ сѧ iraſcuntur.

3. Quæ in Infinitivo deſinunt in ситъ, habent in prima Præſentis шу. ut укуситъ mor-

когда ѧ наидȣ доброго человѣка, єво люблю и почестю хотѧ онъ инной вѣры, и когда ѧ вижȣ бездѣлника, єво не во что ставлю,

Quando virum probum invenio, ipſum amo & honoro, quanquam ille alii religioni ſit addictus, & quando video hominem

хотѧ онъ мои сроднѧ.

разꙋмно то, злобꙋ и грѣхъ ненавидитъ а не человѣка.

безꙋмно, сердитъ сѧ на человѣка, что онъ не самымъ ѡбычїемъ возпитанъ былъ какъ мы. прогнѣватъ сѧ на человѣка, что мысли ево не сходѧтъ сѧ съ моими мыслами, ровно какъ бы ѧ хотѣлъ сердитъ сѧ, что лице ево розличное ѿ моево.

однакожде ты видишъ что одна церква ѡсꙋжаетъ дрꙋгꙋю.

вижꙋ, а негде читаю что Богъ намъ властъ подалъ дрꙋгъ дрꙋга ѡсꙋдитъ, и къ дїаволꙋ предаватъ.

Спасителъ скажетъ,

nauci, ipſum contemno, etiamſi ille cognatus meus fuerit.

Sapienter factum, vitium ac peccatum odio proſequi, non hominem.

Stultitia eſt iraſci homini, quoniam eodem modo non eſt educatus, ac nos. Succenſere homini quod cogitationes ejus non conveniunt cum meis, perinde eſt, ac ſi indignari vellem, quod vultus ejus differt à meo.

Attamen vides quod una Eccleſia alteram condemnet.

Video ſed nullibi lego quod Deus nobis poteſtatem dederit, nos invicem damnare & Diabolo tradere.

Salvator noſter di-

не сꙋдите да не сꙋдими бꙋдете.

cit, nolite condemnare, ne condemnemini.

и ѧ всегда противъ любви христїанской почиталъ, что дрꙋгъ дрꙋга ѡсꙋжаетъ, дꙋховнаѧ то гордость всехъ инныхъ поганихъ почитатъ, потомꙋ что не согласꙋютъ снами. ѿ всѧкого народꙋ Богꙋ приѧтенъ, которой єво боитъ сѧ и правдꙋ здѣлаетъ.

Ego quoque ſemper exiſtimavi contrarium charitati Chriſtianæ quod alter alterum condemnet. Spiritualis ſuperbia eſt, omnes immundos cenſere, quoniam nobis non adſtipulantur. Ex omni populo Deo gratus eſt, qui ipſum timet, & juſtitiam exercet.

дѣѧн. апост. і҃. лє҃.

люди дꙋмаютъ, что полно, єстли въ церкꙑ ходѧтъ.

Homines putant, quod ſufficit, ſi templa frequentent.

и ѧ дꙋмаю что творителие а не слꙑшателие закона божїего ѡправдѧтъ сѧ.

Et ego puto non auditores ſed operatores mandatorum Divinorum ſalvos futuros.

къ римл. в҃. гі҃.

тꙑ не наши вѣрꙑ человѣкъ.

Tu noſtram religionem non profiteris.

вѣрꙋ во Ӏисꙋсъ Хри-

Credo in Ieſum Chri-

ста

ста, которои животъ вѣчныи сподобилъ и посулилъ всемъ вѣрующїимъ въ небо. и силаю ся на слово Іс҃вое: такъ возлюбилъ Богъ мїръ, яко и сына своего единнороднаго далъ есть, да всякъ вѣруяи вонь не погибнетъ но иматъ животъ вѣчныи.

Їоан. г. ѕі.

такъ розличнихъ вѣръ люди скажутъ, что вѣрятъ въ Іисусъ Христа

солгутъ когда по волѣ его житъ не потщятъ ся.

что ты называешъ по волѣ его житъ?

Спаситель скажетъ: аще кто хощетъ по мнѣ ити да ѿвержетъ ся себе.

Мат. ѕі. кд.

ſtum, qui vitam æternam acquiſivit & promiſit credentibus in illum. & fundo me in verbo Jeſu: Ita Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.

Ita diverſarum religionum homines dicunt, quod credant in Jeſum Chriſtum.

Mentiuntur, quando voluntati ipſius obtemperare non ſtudent.

Quidnam tu vocas voluntati ejus obtemperare?

Salvator dicit, qui me ſequi vult, abneget ſeipſum.

что то, ѿвержетъ сѧ себе?

Quid hoc? abnegare ſeipſum?

ѿложитъ плотские похоти и мїрскѹю любовь, и толко попечи сѧ ѡ бого ѹгодномъ житїи, си речъ: что бы мы по примерѹ Спасителѧ нашево всегда жили, въ смиренномѹдрїи въ любви, и въ чистотѣ.

Deponere carnales concupiſcentias & amorem mundanum, & tantum ſollicitum eſſe de vita Deo accepta, hoc eſt, ut ſecundum exemplum Salvatoris noſtri ſemper vivamus, in humilitate, charitate & puritate.

мало такихъ наидешъ, мало не вси по плоти живѹтъ, дрѹгъ на дрѹга вознесетъ сѧ, дрѹгъ дрѹга ѡбидитъ, и болша половина толко ищетъ тѣлесние сласти, которие дѹшѹ ѡсквернѧтъ.

Paucos tales invenis. fere omnes ſecundum carnem vivunt. Unus ſuper alterum ſe effert. Unus alterum injuria efficit, & maxima pars tantum quærit corporis voluptates, quæ animam contaminant.

тово ради когда Спасителъ говоритъ ѡ последномъ времени, спрашиваетъ. наитили станетъ вѣрѹ на зем-

Ideo quando Servator loquitur de ultimis diebus, interrogat. Quando filius hominis veniet, reperietne fi-

лѣ

лѣ сынъ человѣческїи когда придетъ.	dem in terra.
лѹк. и҃і. и҃.	
ѡднакожде кажетъ сѧ что люди попеченїе имѣютъ ѡ вѣрѣ, потомѹ что везде такимъ задоромъ спорѹютъ сѧ чеѧ вѣра прѧма.	Attamen videtur, quod homines ſolliciti ſint de fide, quoniam ubique tanto fervore diſputant, quænam religio ſit vera.
споры ѡ божественнихъ дѣлехъ до смерти не люблю. примечалъ уто менше по Христїанскомѹ живѹтъ которие болши ѡ вѣрѣ бранѧтъ сѧ.	Rixas circa res divinas minime omnium amo. Obſervavi, quod minime omnium more Chriſtiano vivant, qui plurimum de fide cum aliis jurgantur.
право такъ. соры не придѹтъ ѿ дѹха мирѹ и кротости.	Verum dicis. Jurgia non procedunt à ſpiritu pacis & manſuetudinis.
вѣстимъ нетъ. когда ѹуенники Ї҃свие розсердили сѧ, уто люди не хотѣли возприматъ Господа, и желали уто бы тїи люди огномъ	Certe non. Cum Diſcipuli Jeſu Chriſti indignarentur, quod nollent Dominum excipere, & optarent ut iſti impii igne cœlo

съ

съ небѣси погинꙋли, спаситель скажетъ: не вѣсте каково дꙋха дѣти есте. приказалъ неприѧтели любитъ и скажетъ: новꙋю заповѣдъ даю вамъ да любите дрꙋгъ дрꙋга какъ ѧ васъ любилъ, всемъ розꙋмѣютъ что ꙋченники мои есте.

delapſo perirent, dicit Servator: neſcitis, cujus ſpiritus filii eſtis. Juſſit ut inimicos noſtros amemus, & dicit novum præceptum do vobis ut vos invicem ametis, ſicuti ego vos amavi. In hoc intelligent quod diſcipuli mei ſitis.

Іѡан. г҃і. л҃д. л҃е.

симъ ѡбычїемъ мало прѧмихъ ꙋченниковъ или христїѧнинъ наидетъ сѧ.

Hac ratione pauci veri diſcipuli vel Chriſtiani inveniuntur.

такъ кажетъ сѧ мнѣ. Господъ неково ꙋченника своево почитаетъ, которои слово єво не держитъ, ныне ты самъ сꙋди, какъ христїѧнское имѧ доведетъ сѧ болшои половинѣ которие христїанми называютъ сѧ.

Ita mihi videtur. Dominus neminem pro diſcipulo ſuo agnoſcit, qui verbum ſuum non ſervat. Jam tu ipſe judica, quomodo nomen Chriſtianum competat majori parti illorum qui Chriſtianos ſe vocant.

чаютъ, что должнесть христїанскꙋю справлѧютъ естли по времени Богꙋ молѧтъ сѧ и причастѧтъ сѧ.

Opinantur quod officium Chriſtiani perficiant, ſi preces interdum ad Deum fundunt & ſacram cœnam capiunt.

совѣтꙋю имъ, читатъ первꙋю главꙋ пророка Есаїа, где Богъ скажетъ: на празно молѧтъ сѧ мнѣ потомꙋ что сердце ихъ не чисто.

Conſulo ipſis ut legant primum caput Eſaiæ ubi Deus dicit, fruſtra me invocant, quoniam cor ipſorum non eſt purum.

Есаї. глав. а҃. ѿ аі҃. стих. до зі҃.

помню что Спаситель скажетъ: блаженние чистїи сердцемъ, ѧко тїи Бога ꙋзрѧтъ. (а) къ чистомъ сердце состоитъ таѧ свѧтына безъ которои мы не станемъ видѣти Господа. (б) етаѧ свѧтына называетъ сѧ ѿ свѧтоко павла нова

Recordor, quod Servator dicit. Beati puri corde, quoniam Deum videbunt. In cordis puritate conſiſtit illa ſanctimonia ſine qua Deum non videbimus. Hæc ſanctimonia vocatur à S. Paulo nova creatura, novus homo ſecundum

(а) маѳ. е҃. и҃. (б) къ евреемъ ві. ді҃.

твар:

тварь: (а) новои человѣкъ ѡбновлѧемїи по ѡбразꙋ создавшаго єво: (б) ѿ Спасителѧ называетъ сѧ: человѣкъ свыше рожденъ, когда скажетъ: аще человѣкъ не родитъ сѧ свыше, неможетъ видѣти цартвїѧ божїѧ. (г) и въ посланїи свѧтого Іоанна называетъ сѧ тое, рожднимъ быти ѿ бога. (д)

imaginem creantis ipſum, & à Servatore noſtro ſuperna nativitas, quando dicit, niſi homo ſuperne naſcatur non poteſt videre regnum Cœlorum. Et S. Johannes vocat hoc ê Deo natum eſſe.

(а) къ галат. ѕ҃ еі҃. (б) къ колос г҃. і҃. (г) Іоан. г҃. г҃. (д) перв. послан. Іоан. е҃. д҃.

ѡднакожде Іоанъ скажетъ что весъ мїръ въ злѣ лѣжитъ.

Attamen S. Johannes dicit, quod totus mundus in pravitate jaceat.

перв. посл. Іоан. е҃. ді҃.

Спаситель розлꙋчитъ своихъ ѿ мїра,

Servator ſuos diſtinguit à mundo, quando

когда скажетъ къ ꙋченникомъ своимъ: нѣсте ѿ мїра. и въ инномъ мѣстѣ ѧ читалъ, что Бога не любитъ которои любитъ мїръ, (а) и ѧ крѣпко вѣрю: сколъ долго человѣкъ любитъ мїръ, сиречъ, богатство, власть, честь и тѣлесние сласти, не возможетъ по своеи должнести любитъ или Бога или ближново своево.

dicit ad diſcipulos ſuos, non eſtis de mundo, & in alio loco legi, quod Deum non amet, qui amat mundum, & firmiter credo: Quamdiu homo mundum diligit, hoc eſt, divitias, potentiam, honorem & voluptates corporis, non poteſt amare ſive Deum ſive proximum ſuum prout debet.

(а) перв. посл. Iѡан. в. еі.

въ дꙋраки поставлѧютъ человѣка которои боратство и честь не ищетъ.

Pro ſtulto reputant illum, qui divitias & honorem non quærit.

по моемꙋ разꙋмꙋ болша честь состоитъ въ благочестїи которое насъ приѧтели и братїе Iисꙋсъ Хрїста тво-

Pro meo captu, maximus honor conſtitit in pietate, quæ nos amicos & fratres Jeſu Chriſti efficit. Malo

ритъ. (а) лꙋчше ѧ хочꙋ одномꙋ Богꙋ ꙋгодномꙋ человѣкꙋ понравити сѧ, неже ѿ тисѧщних инних похвалнимъ быти.

ego uni homini, qui Deo carus eſt, placere, quam à mille aliis laudari.

(а) Мат. ві҃. н҃. Іоан. еі҃. ді҃.

какъ бы всѣ єтїє мысли имѣли, скоро мы видѣли бы христїѧнскꙋю церквꙋ въ болшомъ счастїи и въ болшой славѣ.

Si omnes has opiniones foverent, mox viſuri eſſemus Eccleſiam in majori felicitate & in glorioſiore ſtatu.

Дай Богъ намъ всемъ дꙋха мирꙋ и правды, ѡсвѧтѧщого и просвѣщающого насъ, что бы мы розсꙋждали, какѡ всѣ прѧмие христїѧне ꙋды бываютъ одного телесе, (а)

Concedat Deus nobis omnibus ſpiritum pacis & veritatis, ſanctificantem & illuminantem nos, ut diſcernamus, quomodo omnes veri Chriſtiani membra ſint unius cor-

(а) къ Римлѧн. ві҃. є҃.

ко-

которого глава есть Іс хтосъ, (а) да ꙋтверди насъ всемогꙋщїи, что бы мы пребывали въ словеси Спасителѧ нашего, такъ мы во истинꙋ ꙋченцы егѡ бꙋдемъ, и разꙋмѣти станемъ истинꙋ и истина свободи насъ стане, (б) симъ обычїемъ истинїи поклонцы поклонѧ сѧ ѿцꙋ дꙋхомъ и истиною (г) которие розꙋмѣти станꙋ счастливость ѡ которои Спаситель го-

poris, cujus caput eſt Jeſus Chriſtus. Fortificet nos Omnipotens ut maneamus in verbo Salvatoris noſtri; Ita revera diſcipuli ejus erimus, & veritatem cognoſcemus & veritas nos in libertatem afferet. Hoc modo veri adoratores in ſpiritu & veritate adorant, qui intelligent beatitudinem de qua loquitur Salvator, quando dicit: ſi quis me amat verbum meum

(а) кз ефесее а. кв. кг. (б) Іѡан. и. ла. лв. (г) Іѡан. д. кг.

во-

воритъ, когда̀ скажетъ: (а) а҆́ще кто̀ любитъ мѧ̀, сло́во моѐ соблю́детъ и҆ ѿц҃ъ мои возлю́битъ єгѡ̀ и҆ къ не́мȣ прі́идева и҆ ѡ҆би́тель ȣ҆ негѡ̀ сотво́рива.

ſervat, & Pater meus ipſum amat & veniemus ad ipſum & manſionem apud ipſum faciemus.

(а) Іѡан. ді҃ аг҃.

симъ ѡбылі́їемъ и҆зполнитъ сѧ станетъ рече́нное въ апокалѵѱ. ка҃ г҃. се скинї́а божїа съ человѣ́ки и҆ всели́тсѧ съ ни́ми и҆ ті́и лю́дїе є҆гѡ̀ бȣ́дȣтъ и҆ са́мъ Богъ бȣ́детъ съ ни́ми Богъ и҆́хъ.

Hoc modo implebitur dictum in apocalyps. xxi. 3. Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus, & commorabitur cum illis, & illi erunt populi ipſius & ipſe Deus erit cum illis Deus ipſorum.

Numeri

Numeri Cardinales Ruſsici.

Одинъ, одна, одно	1.	девѧтнацетъ	19.
два, двѣ, два	2.	двацатъ	20.
три	3.	двацатъ одинъ	21.
четыри	4.	трицатъ	30.
пѧтъ	5.	сорокъ	40.
шестъ	6.	пѧтдесѧтъ	50.
седмъ	7.	шестъ десѧтъ	60.
восмъ	8.	седмъ десѧтъ	70.
девѧтъ	9.	восмъ десѧтъ	80.
десѧтъ	10.	девеносто	90.
одиннацетъ	11.	сто	100.
дванацетъ	12.	двaста	200.
тринацетъ	13.	триста	300.
четырнацетъ	14.	четыриста	400.
пѧтнацетъ	15.	пѧтъ сотъ	500.
щестнацетъ	16.	шестъ сотъ	600.
седмнацетъ	17.	тысѧщи	1000.
восмнацетъ.	18.		

BREVE

BREVE VOCABULARIUM
Rerum Naturalium.

Cœlum	Небо	Der Himmel.
Sol	солнце	die ſonne.
Luna	месецъ, люна	der mohn.
Stella	звѣзда	der ſtern.
Nubes	облакъ	eine wolke.
Pluvia	дождъ	der regen.
Nix	снѣгъ	der ſchnee.
Glacies	ледъ	eiſs.
Annus	годъ	daſs iahr.
Ver	вѣсна	der fruhling.
Æſtas	лѣто	der ſommer.
Autumnus	осень	der herbeſt.
Hyems	зима	der winter.
Menſis	месецъ	der monath.
Septimana	недѣла	die woche.
Dies	день	der tag.
Dies Solis	возкресенніе	ſontag.
Dies Lunæ	понѣделникъ	montag.
Dies Martis	вторникъ	dienſtag.
Dies Mercurii	среда	mittwochen.
Dies Jovis	четвергъ	donnerſtag.
Dies Veneris	пѧтница	freytag.
Dies Sabbati	сꙋбота	ſonnabend.
Nox	ночь	die nacht.

Mane	ȣтро	der morgen.
Veſper	вечеръ	der abend.
Hora	часъ	die ſtunde.
Ignis	огнь	das feuer.
Aer	воздȣхъ	die luft.
Ventus	вѣтръ	der windt.
Aqua	вода	das waſſer.
Fluvius	рѣка	der fluſs.
Mare	море	daſs meer.
Lacus	осеръ	der ſee.
Terra	землѧ	die erde.
Regio	странна	das land.
Inſula	островъ	die inſul.
Arena	песокъ	der ſandt.
LAPIS	Камень.	Der Stein.
Silex	кремень	kieſelſtein.
Marmor	мраморъ	marmelſtein.
Magnes	магнитъ	magnet.
Later	кирпичъ	backſtein.
Gemma	бисеръ	edelgeſtein
Adamas	алмасъ	demant.
Lychnites, Rubinus	лалъ	rubin.
Sapphirus	ѧхонтъ	ſapphier.
Smaragdus	изюмрȣдъ	ſmaragd.
Eranus, turcites	бирюза	turkis,
METALLUM.	Рȣдъ.	Metall.
Aurum	золото	gold.

Argen-

Argentum	серебро	ſilber
Argentum vivum	ртꙋть	queckſilber.
Cuprum	мѣдъ	kupfer.
Stannum	олова	zinn.
Plumbum	свинецъ	blei.
Ferrum.	железо	eiſſen.
Chalybs	сталъ, ꙋкладъ	ſtahl.
Radix.	**Коренъ**	**Die Wurtzel.**
Rapa	рѣпа	rube.
Siſer	борканъ, морковъ	gelbe rube.
Beta	свѣкла	rothe rube.
Raphanus	рѣтка	rettich.
Raphanus major	хренъ	merrettich.
Cœpe	лꙋкъ	zwiebel.
Allium	честнокъ	knoblauch.
Herba.	**Трава**	**Graſs, kraut.**
Urtica	кропива	neſſel.
Apium	петрꙋшка	peterſilien.
Mentha	мѧтѧ	muntze.
Abſynthium	палыінъ	wermuth.
Flos.	**Цвѣтъ**	**Bluhme, bluthe.**
Roſa	серебоинной цвѣтъ	rohſe.
Caryophyllum	гвоздичнои цвѣтъ	negelein.
Lilium convallium	ландишнои цвѣтъ	meyenbluhme.
Primula veris	бꙋквица бѣла	ſchluſſelbluhm.
Aromata.	**Прѧнніе зѣліе**	**Gewurtz.**
Piper	перецъ	pfeffer.

Zinziber.	инберъ	ingwer
Cinamomum.	корица	zimmett.
Calamus aromaticus	ирово коренїе	kalmus.
SEMEN	Семѧ	Saame.
Granum	зерно	korn.
Sinape	горчица	ſenff.
Faba	бобъ	bohne.
Piſum	горохъ	erbs.
Lupulus	хмѣль	hopfen.
Papaver	макъ	mohne.
Avena	овесъ	haber
Hordeum	жито, ечмень	gerſten
Siligo	рожъ	rocken.
Triticum	пшеница	weitzen.
Millium	просъ, пшено	hirſchen
Oryza	пшено сарачинское	reiſs
FRUCTUS HORTENSIS	Огородной плодъ	Gartenfrucht.
Cucumeres	агѹрцы	gurken.
Cucurbita	тыква	kurbiſs
Melones	дыны	melohnen.
Fraga	земланица	erdbeer.
Rubus idæus	малыны	hindbeer.
Ribes	смородина	johanns beer
Mora myrti	черницы	heidelbeer
Baccæ Juniperi	можевеловїе ѧгоди	wacholderbeer
Baccæ Cynosbati	шиповнїе ѧгоди	hagbutten
Mora	бѹсовїе ѧгоди	maulbeer.

Ficus

Ficus	виннїе ꙗгоди	feigen.
Uvæ paſſæ	изюмъ	roſinen.
Amigdalum	амигдалное ꙗдро	mandeln.
Ceraſa	вишни	kirſchen.
Nuces	орехи	nuſſe
Juglandes	грецкие орехи	welſche nuſſe.
Pruna	черно сливы	pflaumen.
Pyra	грꙋши	birn.
Mala	ꙗблоки	apfel.
ARBOR	Древо	Baum.
Tilia	липа	linde.
Abies	сосна	tanne.
Pinus	ѣлъ	fichte.
Betula	береза	birke.
Quercus	дꙋбъ	eiche.
VERMIS	Червъ	Wurm.
Aranea	паꙋкъ	ſpinne.
Pediculus	вошь	lauſs.
Pulex	блоха	floh.
Muſca	мꙋха	fliege.
Apis	пчела	biene.
PISCIS	Рыба	Fiſch.
Sturio	осетръ	ſtohr.
Huſo	бѣлꙋга	hauſen.
Salmo	семга	lachs.
Lucius	щꙋга	hecht.

Perca

Perca	окȣнъ	bars
Anguilla	ȣгровина	ahl.
Tinca	линъ	ſchleie.
Murænula	вiюни	neunaugen.
Gobio	пескари	kreſſen
Halex	селдъ	hering.
Aſellus	трѧска сȣха	ſtockfiſch.
Cancer	ракъ	krebs.
Avis	Птица	Vogel.
Gallina	кȣрица	henne.
Gallus	петȣхъ	hahn
Columba	голȣбъ.	taube.
Gallus africanus	индѣиска	kalkun.
Anas	ȣтка	endte
Anſer	гȣсъ	gans.
Cygnus	лебѣдъ	ſchwan.
Luſcinia	соловеи	nachtigall.
Carduelis	щеглонокъ	ſtieglitz
Linaria	репеловка	henfling.
Fringilla	заблица	finke.
Alauda	жѧверонокъ	lerche.
Coturnix	перепелка	wachtel
Perdix	кȣропатка	rebhun.
Hirundo	ластичка	ſchwalbe.
Merula	дростъ черна	amſel.
Aquila	орелъ	adler
Noctua	сова	nachteul.

Falco	СОКОЛЪ	falke.
Corvus	ВОРОНА	rabe.
Monedula	ГАЛКА	dohle.
Pavo	ПАВЕЛОНОКЪ	pfaue.
Tarda	ТРАХВА	trappe.
ANIMALIA DOMESTICA	**Дворовиезвѣри**	**Zaame thiere.**
Equus	ЛОШАДЬ	pferd.
Bos	БЫКЬ	bull.
Vacca	КОРОВА	kuhe.
Aſinus.	ОСЕЛЪ	eſel.
Aries	БОРАНЪ	wieder.
Ovis	ОВЦА	ſchaaf.
Capra	КОЗА	ziege.
Porcus	СВИНІѦ	ſchwein.
Canis	СОБАКА	hund.
Felis	КОШКА	katze.
FERÆ	**Дикиезвѣри**	**wilde thiere.**
Leo	ЛЕВЪ	lewe.
Tigris	БАБРЪ	tieger.
Pardus	БАРСЪ	leohard
Lynx	РЫСЪ	luchs.
Urſus	МЕДВѢДЪ	behr.
Lupus	ВОЛКЪ	wolf.
Vulpes	ЛИСИЦА	fuchs.
Vulpes alba	ПЕСЦА	weiſſer fuchs.
Martes ſcythica	СОБОЛЪ	zobel,
Martes	КȣНИЦА	marter.

Ele-

Elephas	СЛОНЪ	elephant
Camelus	ВЕЛБЛЮДЪ	camehl
Alces	ЛОСЪ	elend
Cervus	ЛАНЪ	hirſch.
Rana	ЕЛЕНЪ	rennthier
Lepus	ЗАѦЦЪ	hahſe.
Erinaceus	ЕЖЪ	igel.
Mus	МЫШЪ	maus
Glis	КРЫСЪ	ratte.
Cricetus	КРОТЪ	hambſter.

F I N I S.

APPENDICIS LOCO
SUBJUNGEMUS PAUCA
AD
HISTORIAM NATURALEM RUSSIÆ
SPECTANTIA.

MINERALIA.

SAL ibi datur triplex, (1) coctus in ſalinis, è quibus celeberrimæ ſunt illæ quæ habentur Permæ in Siberia. (2) Sal foſſilis, quod in magna copia in Provincia Uffa è terra eruitur. (3) A ſole elaboratus, in lacubus prope Aſtracan & in Siberia. Dixerunt mihi prope Aſtracan lacui Salem ſuperius innatare, in Siberia vero è fundo extrahi.

Nitrum, & ſulphur optimum in Sinbiria, juxta Volgam prope regnum Kaſan invenitur; exportatio vero in alias ditiones à Ruſſis prohibita eſt, uti pulveris pyrii, ne belli inſtrumentum vicinis ſuppeditetur.

Ferrifodinæ in vicinia Metropolis Moſcoviæ & in confiniis Sueciæ prope Olonizam dantur.

Sliuda Talcum verſus Emporium Archangeli invenitur, atque à Ruſſia nomen vitri Moſcovitici Anglico idiomate ſortitum eſt.

Chryſtalli magna copia in Provincia Uffa datur.

In confinibus Siberiæ circa fluvium Eneſey, invenitur Æs, quod propter colorem & gravitatem aureum reputatum fuit. Artis vero metallicæ periti eo miſſi deprehenderunt, propter volatilitatem ignis impatiens eſſe, ſulphurque auri id mihi vocavere, exiſtimantes, ſi quis id figere poſſet, verum id aurum fore. Forſan iſtud æs ad aurum ſe habet, uti Biſmuthum Germanicum ad argentum. Plures enim opinantur Biſmuthum eſſe imperfectum argentum, colore & ſono argentum æmulans,

Elephas	СЛОНЪ	elephant
Camelus	ВЕЛБЛЮДЪ	camehl
Alces	ЛОСЪ	elend
Cervus	ЛАНЪ	hirſch.
Rana	ЕЛЕНЪ	rennthier
Lepus	ЗАѦЦЪ	hahſe.
Erinaceus	ЕЖЪ	igel.
Mus	МЫШЪ	maus
Glis	КРЫСЪ	ratte.
Cricetus	КРОТЪ	hambſter.

F I N I S.

APPENDICIS LOCO
SUBJUNGEMUS PAUCA
AD
HISTORIAM NATURALEM RUSSIÆ
SPECTANTIA.

MINERALIA.

SAL ibi datur triplex, (1) coctus in ſalinis, è quibus celeberrimæ ſunt illæ quæ habentur Permæ in Siberia. (2) Sal foſſilis, quod in magna copia in Provincia Uffa è terra eruitur. (3) A ſole elaboratus, in lacubus prope Aſtracan & in Siberia. Dixerunt mihi prope Aſtracan lacui Salem ſuperius innatare, in Siberia vero è fundo extrahi.

Nitrum, & ſulphur optimum in Sinbiria, juxta Volgam prope regnum Kaſan invenitur; exportatio vero in alias ditiones à Ruſſis prohibita eſt, uti pulveris pyrii, ne belli inſtrumentum vicinis ſuppeditetur.

Ferrifodinæ in vicinia Metropolis Moſcoviæ & in confiniis Sueciæ prope Olonizam dantur.

Sliuda Talcum verſus Emporium Archangeli invenitur, atque à Ruſſia nomen vitri Moſcovitici Anglico idiomate ſortitum eſt.

Chryſtalli magna copia in Provincia Uffa datur.

In confinibus Siberiæ circa fluvium Eneſey, invenitur Æs, quod propter colorem & gravitatem aureum reputatum fuit. Artis vero metallicæ periti eo miſſi deprehenderunt, propter volatilitatem ignis impatiens eſſe, ſulphurque auri id mihi vocavere, exiſtimantes, ſi quis id figere poſſet, verum id aurum fore. Forſan iſtud æs ad aurum ſe habet, uti Biſmuthum Germanicum ad argentum. Plures enim opinantur Biſmuthum eſſe imperfectum argentum, colore & ſono argentum æmulans,

atque in argentifodinis Electoris Saxoniæ creſcens.

Quanquam argenti fodinas non habeant, in Siberia tamen frequenter ex ſepulcris veterum argentum extrahitur, quod cum mortuis ſepelierant.

Magnæ vero curioſitatis res eſt *Mammotovoi koſt*, quod in Siberia è terra effoditur. Miras de illo fabulas plebs narrat, dicunt enim eſſe oſſa animalis, ſub terra degentis & omnia animalia ſuper terram viventia magnitudine ſuperantis. In medicina adhibent illud ad eoſdem uſus, ut iſtud, quod cornu monocerotis vocatur. Fruſtrum mihi datum fuit ab aliquo amico, qui ſe id accepiſſe dicebat à Primate quodem Ruſſico è Siberia reverſo, quod genuinum ebur mihi videtur. Peritioreſque mihi dixerunt iſtud *mammotovoi koſt* eſſe dentes Elephantinos. Ita ut in Deluvio univerſali eo delatos atque longo temporis tractu terra magis magiſque tectos fuiſſe neceſſe ſit.

Non minorem meditationis materiam Phyſices ſtudioſo ſuppeditare poteſt, *Adamovoi koſt* lignum adamiticum, quod è viſceribus terræ in via verſus emporium Archangel eruitur. Colore eſt ſub nigro, duritie lapidem, forma & venis ramos arboris referens. Communiſque opinio eſt, lignum petrefactum id eſſe. Quod ſi ita ſit, ſtudioque iſtud ſub terra abſconditum eſſe nequeat, neceſſe quoque erit, illud in terræ ſuperficie vel fluvii fundo antea jacuiſſe, paulatimque terreſtri materia tectum fuiſſe, donec terræ cruſta in tantam craſſitiem deſuper evaſerit. Obſervavit Rudbecius idem in monumentis Runicis, atque è profunditate & colore terræ, cui monumentum immerſum eſt, de antiquitate monumenti judicare conatur. Pro differentia profunditatis diverſum ſoli colorem ſe deprehendere dicit, atque cuilibet colori & profunditatis quantitati certum ſeculorum numerum aſſignare nititur. Sive jam iſta cruſtæ terrenæ incraſſatio fiat à delapſis atque putrefactis arborum foliis, ſive ab inſpiſſata nivium pluviarumque materia, ſive à ſubſedentibus ſubtilioribus terreſtribus particulis, quæ per aerem ſparſæ fuerant, faciliter tamen quis non determinabit, unde iſta materia ſuperficiei terræ continuo adhærens perpetuo ſuppeditetur, niſi quis orbis terrarum verſus centrum excavationem, vel ætheris atomorum coalitionem ſtatuere velit. Meri enim naturaliſtæ novæ materiæ generationem ex ſe ipſa non admittent, neque pientiores quotidianam novam creationem ſummo Numini aſcribent.

VEGE-

VEGETABILIA.

VEgetabilia quod attinet, mirum non eſt ea favorabilius experiri ſolum Ruſſicum, quam pleriſque perſuaſum eſt. Particulæ enim nitroſæ, quibus ſolum Ruſſicum ſcatet, vegetationi conducere cenſendæ ſunt, huicque cauſæ imprimis attribuendum videtur, non tantum quod fruges breviori tempore matureſcant, verum etiam nonnullæ ad majorem perfectionem pertingant, quam in climatibus longe magis verſus meridiem ſitis. Quod non tantum de melonibus, ſed & nonnullis pomis verum eſt. Malum enim iſtud quod vocant *Naliva* non tantum ſaporis ſuavitate guſtum delectat, ſed & viſui valde blanditur, dum vitri inſtar pellucidum eſt.

Soli fertilitati quodque aſſcribendum, quod multæ baccarum ſpecies, humi creſcentes, aliis regionibus ignotæ ibi creſcant. Nempe *Koſtanici*, colore nigro, ſaporem quaſi ceraſi, & inſtor ceraſi os in medio habentes *Piianitzi*, quibus ebrii crapulam levare ſe poſſe credunt. *Bruſſenici*, *Klukva*, *Groſnici*, hæ duæ poſteriores baccarum ſpecies in Livonia quoque inveniuntur, ſaccharoque conditæ cum carne aſſata menſæ intinguli loco apponuntur.

Inter vegetabilia maxime curioſum eſt *Koſa trava*, falx herba; quæ in Siberia creſcere atque ferrum frangere dicitur, ita ut ſi falcem ei admoveas, falx in fruſtra deſſiliat. Nonnulli viri fide digni, qui in Siberia fuerant, iſtud mihi aſſeruere, ut pertinacis ingenii mihi viderer, ſi fidem ipſis denegarem.

Alias non ignoro magna cum cautela admittenda eſſe quæ quis ex vulgari rumore in Ruſſia accipit. E viris enim melioris notæ intellexi, falſam eſſe hiſtoriam de planta *Boranetz.* quæ agni formam repræſentare, lana amicta eſſe, atque gramen in circuitu depaſcere dicitur. Modo dicti enim viri, qui in iſtis partibus, ubi memorata planta creſcere dicitur, fuerant, nunquam eam invenire potuerunt, dicebant autem, in nonnullis Tartaricis terris dari oves, quorum agni lanam adeo mollem & eleganter criſpatam geſtarent, ut eorum pelles, pro pellibus illius *Boranetz*, ſive agni plantæ venderentur.

Nota in Ruſſia eſt fama Radicis vulnerariæ, quæ in Siberia creſcit & *Voltſchnoi koren*, lupina radix, vocatur, illa maximam in ſanandis vulneribus virtutem habere dicitur, an vero, vt mihi relatum eſt, maſticata ſolummodo in ore, quodlibet vulnus in quovis corporis parte ac-

 ceptum

ceptum ſanet, aſſeverare nolo.

Arbuſi, quos nonnulli Melones Aſtracanenſes vocant. Sapor non eſt æque delicatus ac reliquorum Melonum, & maxime refrigerare cenſentur. Figuræ magis ſunt rotundæ quam melones, & ſemen non in medio jacet, ut in melonibus & cucumeribus, ſed paſſim pulpæ interſperſum eſt.

Piper Aſtracanenſe in ſiliquis rubris creſcit, & caliditate atque aſperitate reliquum piper ſuperat. Coloris eſt flavi, granum non undique rotundum, ſed ciceris inſtar extenſum.

ANIMALIA.

INter inſecta peculiare eſt Ruſſiæ *Torcan*, brucchi ſpecies, licet non volet, domus ligneæ valde iis ſtatent, noxium tamen non eſt inſectum.

Inter piſces eminet *Sterlet*, qui inter cupedias Ruſſicas mere cenſendus. Caput & cauda longa ſunt, ut ipſum corpus vix dimidiam piſcis partem excedat; ſquamis deſtitutus eſt, ſed cute inſtar anguillæ præditus Illi maxime æſtimantur, quorum cutis interior pars flava eſt.

Saſan carpionem repræſentat.

Som. Corpus in latitudinem magis quam rotunditatem extenſum habet, capite in longum roſtrum exeunte.

Beluga, qui in Hungaria Huſonis nomine notus eſt, atque in Danubio circa Gomorram frequenter capitur, indeque Viennam advehitur, carne guſtui ſatis grata. Ex hujus piſcis ovis optimum Cavear conficitur. Licet ovis Sturionis & Lucii quoque ad id utantur. Kama fluvius in Wolgam ſe exonerans, atque piſcibus abundans, optimos Belugos Moſcoviæ Metropoli ſuppeditat.

Nulla mihi avis ibi occurrit quæ ignota ſit in aliis regionibus. *Koroſtel* ſpecies coturnicis eſt, & forſan ortogymetra.

Maxima ibi datur copia in ſylvis illarum avium, quæ in aliis nonnullis regionibus epulis inſtruendis magno pretio parantur, licet in Suecia & Livonia ſatis vulgares ſint. Nimirum *Gluchoi teter* Uro gallus, gallum africanum fere magnitudine æquans. *Teter* Ger. **Birkhun**. gallinæ minoris magnitudine, & *Rebtſchik* Ger. **haſelhun**. perdicis magnitudine.

Trachva Tarda Germ. **trappe**, in campis inter Ruſſiam & Tartariam frequens eſt.

Inter quadrupedia, illa Ruſſiæ maximo emolumento ſunt, quorum pelles immane climatis iſtius frigus à corporibus noſtris arcent. Quorum abundantia benegniſſimus Creator uſibus iſtius gentis proſpexit.

Vulpium quatuor ibi inveniuntur

niuntur ſpecies, (1) vulgares. (2) illæ quarum cutis duabus ſtrigis tranſverſis obſcurioribus inſtar crucis ſignata, nomen German. vulpium cruciatarum ipſis indidit. (3) Albæ, quarum pelles omnium viliſſimi pretii ibi ſunt. (4) Nigræ, quæ maximo veneunt pretio, ut pro una nigra vulpina pelle 80. rublos ſive ducatos ſolutos fuiſſe mihi narratum ſit. *Roſomacha* cui ob ingentem voracitatem nomen Gulonis. Germ. vielfraſs. indidere, veſtes pelliceas valde durabiles ſuppeditat. Maxima veſtium magnificentia apud Ruſſos conſiſtit, in martibus Scythicis, ſive potius Siberiacis, quas *Soboli* vocant. Tanta eſt pretii differentia inter illas pelles, ut par nonnullarum 3 rublis, aliarum vero 100. rublis veneat. Nigriores, ſunt cariores. Albæ vero valde raræ.

In Provincia Daur prope Chinam datur Boum ſpecies, quos *Bobuli* vocant, cauda parum diſſimili equinæ, crinibuſque longioribus infra ventrem dependentibus. Bovis cornua aliis bovinis ſimilia ſunt, vaccæ vero iis carent.

Zubri, Uri, ſive boves ſylveſtres in vaſtiſſimis illis campis, qui Ruſſiæ & Tartariæ Crimenſi interjacent, vagantur. Ubi quoque ſpecies caprarum ferarum invenitur, quas *Zaiaki* vocant.

Vichochol, eſt mus major aquaticus ſuaviter olens. Pelles illius impoſitæ ſcrinio, in quo linteæ veſtes aſſervantur, gratum illis odorem conciliant.

HOMINES.

INdigenæ plerumque conſtitutionis ſunt valde robuſtæ, quæ apud multos in proceritatem vel craſſitiem non vulgarem abit. Cui temperaturæ tribuenda quoq; ipſorum fœcunditas, quæ regionem illam majori incolarum cocopia replet, quam pleriſque perſuaſum eſt. Sicuti concludere licet ex ingentibus exercitibus, qui congregantur, quando tempore belli urbibus & pagis pro incolarum numero milites imperantur. A viris fide dignis & qui expeditioni cum poteſtate interfuerant, mihi narratum eſt, cum paucis abhinc annis exercitus contra Tartaros Precopenſes educeretur, illum ultra trecenties mille homines continuiſſe. Quandoquidem dimidiam fere anni partem apud illos jejunia abſumunt, quo tempore plebs victu valde inſalubri utitur, nimirum braſſica & cucumeribus, non igne coctis, ſed ſale tantum maceratis, hoc quoque indicium eſt non exigui vigoris in ſtomacho, cujus tamen calori ſine dubio conſulunt Vino aduſto & Allio frequenter inter illos uſitato. Forſan

ſan hæc duo ad conſervandam ſanitatem illorum conducunt, imprimis Allium, quod ſtomacho ad diſſolvendas viſcoſitates non minus utile quam naribus ingratum à multis deprehenſum eſt. Morbum aliquem epidemicum vix inter illos obſervavi, præter commune regionum ſeptentrionalium malum, quod è lingua Slavonica nomen inter reliquos Europæos adeptum eſt. Nempe ſcorbutus, quaſi diceres, morbus κατ᾽ ἐξοχὴν, *Scorb* enim in lingua Slavonica morbum ſignificat. Ruſſi vero peculiare vocabulum habent ad deſignandum ſcorbutum, quem *Tſinga* vocant.

Ad hiſtoriam naturalem Ruſſiæ pertinere quoque videtur, mira peregrinandi ratio, qua in extremitatibus Siberiæ verſus Chinam utuntur. Dum in trahis vela faciunt; quamdiu ventus eſt propitius, velum expandunt, ſatiſque velociter ſuper nivem gelu induratam pergunt, ſex canes in traha ſecum gerentes. Si ventus ipſos deſtituat, velum contrahitur, & canes iſti trahæ junguntur; dimidiumque onus vehis equinæ iſtos ſex canes trahere mihi narratum eſt.

Merces è Ruſſia exportatæ, ſunt, ſequentes: Rhabarba, quæ tamen Chinenſi & Turcicæ cedit, caſtoreum, muſcus, mel, cera, pix oblinendis navibus inſerviens, lintea viliora, cavear, corium Ruſſicum, vulgo *Juſſten*, & Cannabis. Urbs Jeriſlaw imprimis celebris eſt ob confectionem corii Ruſſici, cujus maxima pars ut & Cavearii, in Italiam defertur. Cannabis vero Anglis & Battavis, ad inſtruendas funibus naves, uſui eſt. Cum degerem Moſcoviæ, mercatori cuidam Batavo frumenti exportatio permittebatur, qui magnum quæſtum exinde faciebat.

Excercentur commercia cum Ruſſis ab Anglis & Batavis in Emporio Archangeli & Narvæ, ille locus magis frequentatur à navibus Batavicis, hic ab Anglicis. Narvæ à Rege Sueciæ magna privilegia conceſſa ſunt mercatoribus Armenianis in Perſia degentibus, quo merces ſuas in Hollandia emtas iſta via in Perſiam deportarent, quod per mare Balticum, fluvium Volgam, & mare Caſpium ſatis commode fieri poteſt. Nulli vero illorum facultas conceditur redeundi in Perſiam per Ruſſiam, niſi eadem via è Perſia venerit, quo obligentur ut venientes è Perſia æque ac illuc redeuntes Ruſſiam tranſeant. Commodius enim quis è Ruſſia in Perſiam tendit, quam è Perſia in Ruſſiam, flumine ſecundo utens illic eundo.

Olim Baneanes celebres per Indiam mercatores cum mercimoniis ſuis ad Metropolim Moſcoviam uſque pervenere, jam vero

Aſtracan

Aſtracan illis tranſire non licet, ſed ibi negotia ſua expedire coguntur.

Inter Chinam & Ruſſiam commercia à Ruſſis exercentur, veſtes ſericas è China accerſendo. Afferunt quoque inde herbam The, & factitium quid, colore flavo, odore aromatio, atque textura cretacea, quod *Temzui* vocant, atque egregium medicamentum in pluribus morbis reputant. Buchartzi Mahumetani, quorum Metropolim ni fallor Samarkand mihi nominavere, frequenter Siberiæ Metropolim Tobolski adeunt mercibus Indicis, forſan illorum cauſa lingua Arabica in urbe Tobolski docetur, ſicuti mihi narratum eſt.

Tartari Kalmuki imprimis equos venales circa autumnale tempus Moſcoviam adducunt, gregem ejuſmodi equorum vocant *Tabun*, qui ſex, octo, duodecim & interdum pluribus millibus equorum conſtat.

Iſti Tartari liberorum non minus, quam equorum ſuorum mercaturam faciunt, frequenterque filios ſuos Ruſſis vendunt. Cum aliquando in puerum ejuſmodi Ruſſice callentem incidiſſem, curioſitateque adductus nonnulla de lingua ipſorum ſciſcitarer, interrogabam quomodo Deum ſua lingua vocaret, at ille: *Bog u nas niet.* h. e. Deum non babemus. Habent tamen ſuam, qualiſcunque eſt, religionem, ſummuſque ipſorum ſacerdos Kutufta vocatur, quem ut & Mugalorum Tartarorum Kutuftam conſtituit Dalailama, in confiniis Chinæ degens, in loco ut intellexi Barantola vocato. Chinenſium Lamas, ſive ſacerdotes, quoque iſti Dalailama ſubeſſe dicunt, ipſique divinos honores exhibent. Fama de eo inter illos vulgaris eſt, ipſum nunquam mori, eoque facilius in ſuperſtitioſa illa credulitate ſimplicem plebem continent, cum vix ulli præter ſacerdotes fraudis conſcios conſpiciendum ſe præbeat. Vir quidam Legati Tzarei munere apud Chinenſem Imperatorem defunctus, dicebat, ſibi oblatum honorem videndi Dalailamam, ſi coram eo in terram ſe proſternere vellet, ſibi vero conditionem illam non placuiſſe.

Miſereatur Deus ingentis multitudinis craſſiſſimis Idololatriæ tenebris adhuc involutæ, januamque tandem ad cognitionem ſalvificam ipſis aperiat. In quo voto me comitari credo omnes Redemtoris ſui gloriam quærentes, atque Spiritu Chriſtiano ſalvationem totius generis humani optantes.

FINIS.